John Spencer Esqr.

P,7,,23.

SIGNA
ANTIQVA
E MVSEO
JACOBI
DE WILDE
PER
MARIAM
FILIAM
ÆRI
INSCRIPTA
AMSTELÆDAMI
MDCC.

SIGNA ANTIQUA

E MUSEO

JACOBI DE WILDE

VETERUM POETARUM CARMINIBUS
ILLUSTRATA

ET PER

MARIAM FILIAM

AERI INSCRIPTA.

SUMPTIBUS AUCTORIS

AMSTELAEDAMI

MDCC.

Digitized by the Internet Archive
in 2011 with funding from
Research Library, The Getty Research Institute

http://www.archive.org/details/signaantiquaemus00wild


MVSEVM
WILDIANVM



JAC. DE WILDE
SPECTATORI. S.

ANnos abhinc aliquot Graecis & Romanis antiquitatibus deditus, quaedam, è nummophylacio meo ſelecta numiſmata, in lucem protuli; ignarus licet, num unicuique earum elegantiarum amatori, aeque gratus iſte meus labor fuerit: nihilominus, quoniam varia, ex illo tempore, AEgyptiaca, Graeca, & Romana ſigna antiqua nactus ſum, ea etiam orbi impertire, & ſingula, quantum mihi, in pervolvendis veterum poëtarum voluminibus occurrebat, epigrammate congruo illuſtrare conatus ſum: eo magis ad id allectus, quod filia mea, iiſdem manu ſuâ aeri inſcribendis, propenſum animum oſtenderet. Si antiquitatum peritis non ingratum hoc eſſe animad-

vertam, meum, filiaeque laborem, abundè compensatum ducam: sin iis displicuerit, multis cum aliis id lubens patiar; Martialis Poëtae dicti memor:

Sunt bona, sunt quaedam mediocria, sunt mala plura,
Quae legis hic: aliter non fit, Avite, liber.

Vale, amice spectator, benigno vultu haec excipe, ut ab animo & manu, antiquitati & elegantiis deditis, profecta.

OR-

MARIA DE WILDE IACOBI FILIA.

Amor parentum, amorque virginei chori
Expressa lucet hac tabella Wildia:
Quæ glorioso concitata Spiritu
Sexuque major artibus capitur bonis

Et cæla tractat. Hinc paternam industriam
Manifestat orbi, particeps adoreæ,
Qua muneratur turba doctorum patrem.

D. Hoogstratanus.

P. v. d. Berge ad vivum del. et fecit.

ORNATISSIMAE
VIRGINI
MARIAE DE WILDE.

Quicquid continet arca WILDIANA
Gemmarum veterumque, imaginumque,
Chartae WILDIA credidit fugaci,
Aere & marmore ſed perenniori;
Haec caelo artifici, manuque docta,
Doctas artificum manus priorum
In lucem e mediis trahit tenebris.
Haec Patris ſtatuas, Patriſque gemmas,
Aevi relliquias vetuſtioris
Oſtentat populiſque gentibuſque.
Tuo, WILDJA, plurimum Parenti,
Plus debet tibi litterata turba.
Tua nunc opera, polita Virgo,
Patris divitias, Patriſque gazas,
Quas paucis licuit videre, poſthac
Contemplabitur univerſus orbis.

P. FRANCIUS.

AD

F A M A M

PRO ELEGANTISSIMA

V I R G I N E

MARIA WILDIA.

Virgineos ductus & acus libamina primae
   Candida suspendit, Wildia FAMA, tibi.
Illa prius vivos solers miscere colores
   Nunc etiam duro ludit in aere manus.
Sume puellaris munuscula dulcia curae:
   Non est, quam pigeat conciliasse tibi.
Artifices digitos, formatricesque figuras,
   Et cultum a tenera mente stupebis opus.
Quodque magis stupeas, nullo praeeunte magistro
   Erudiit dociles nava puella manus.
Hanc populis ostende novo, Dea lucida, cantu:
   Ipsa vicem reddet: non minus ipsa canit.

JANUS BROUKHUSIUS.

IN

IN

SIGNA ANTIQUA

E MUSEO

JACOBI DE WILDE

PER

MARIAM FILIAM

AERI INSCRIPTA.

Caesareas facies, Divos rubigine sacra
Horrendos, gleba signa refossa putri,
Atque renascentes prisco fulgore Quirites
E gaza promit divite WILDIADES.
WILDIA in antiquo spectari digna metallo,
Gloria virginei, WILDIA casta, chori;
Artifici ducens viventes aere figuras,
Molliter in Patriis ludit imaginibus.
Obstupuit Phoebus Pater, &, migrate Sorores,
Cedite, ait, vestrum, turba novena, locum:
Alter jam surgit Parnassus, & Hippocrenes
Bina novus sacris fons juga lambit aquis:
Et nova Phoebaeae superaddita Musa cohorti,
Quae poterit Musis aequivalere novem.

CORNELIUS VAN ARCKEL.

OP DE

KABINETBEELDEN

VAN DEN HEER

JAKOB DE WILDE,

DOOR ZYN ED. DOCHTER,

JOFFROU

MARIA DE WILDE,

KUNSTIG GE-ETST, EN IN 'T LICHT GEBRAGT.

O quam te memorem, virgo?

HEt lust DE WILDE zorg noch vlyt,
Noch kosten overlang te sparen,
Om munt en beelden wydt en zydt
(De vratigheit des Tydts ten spyt)
Van gryze aaloutheit te vergaren.
Hy vult een kas met merk by merk
Van menig helt en heldenwerk.

Eerbeelden van 't afgodendom,
Hier onder ook gemengt, ontsteken
Den lust van grote mannen, om
Te letten, hoeze, als boeken, stom
Van overout bedryf noch spreken.
Men schept by wylen klaar en kloek
Meer licht dus, dan uit menig boek.

Wat

Wat raat, om van die kas elkeen,
Schoon elk niet t' aller ure ontſloten,
Iet mê te delen? 't Steunt op reên,
Dat goet recht goet is, waar 't gemeen
Door nut gebruik wort, en genoten.
Een ſchat, met kennis nooit gevat,
Miſt zyn waardy, en ſtrekt geen ſchat.

De Wildes brave ſpruit weet raat.
Zy maalt hier van geen ruwe ſchetſen,
Maar zelf in leerzucht nooit verzaadt,
Komt ook leerzuchtigen te baat
Met kunſt in vaſt metaal van etſen.
Zo melt in druk haar tedre hant
By groene jaren ryp verſtant.

Heeft Antigoon eer ingeleit
Met Manto, beide een' blinden vader
Met hant en oog ten dienſt bereit;
Maria, als zy d'eer verbreit
Van 's vaders beeltkas, helpt te gader
Veel kenners aan een lief gezigt,
Voor wien deze etsvont komt in 't licht.

Wat zag hier d'oude dichtkunſt in?
Zy vont 'er, zagze eens op, iet wonders,
Prees hier een Venus, kuiſch van zin,
Muzyk, als van een Zanggodin,
En vraagde 't oog van kunſtdoorgronders,
Of Pallas zelf niet ſta beſchaamt,
Door zulk een kunſtwerk min befaamt.

J. Vollenhove.

Op

OP EENIGE
OUDTHEDEN
UIT HET KABINET
VAN DEN HEERE
JAKOB DE WILDE,
GËETST
DOOR ZYN ED^{TS}. DOCHTER
JOFFROU
MARIA DE WILDE.

DE WILDE bragt zyn dochter eerſt in 't licht;
Toen d'eerſte ſtraal ſcheen in haar lief gezicht:
Bevallig van gelaat, van leeſt, en zeden,
Die elk om ſtryt de beſte plaats bekleeden:
Zoo lang verlieſt op weetenſchap en deugt:
Een baak reeds voor de Jofferlyke jeugt.
Zy etſt voor 't oog, ze ſpeelt voor keurige ooren,
Wort nu, als voor de tweede reis, gebooren.
Hier baart ze zelf, o wonder! door de kunſt,
Veel kinders voor de weerelt, en veel gunſt.

JOANNES BRANDT.

AAN JUFFROUW
MARIA DE WILDE,
DOCHTER VAN DEN HEERE
JACOB DE WILDE,
Op het Etsen van eenige Oudtheden uit desselfs
KONST-KABINET.

WY bootsen slechts de schaduw na,
MARIA, van uw ryke gaaven,
  Terwyl ik in verwond'ring sta,
Dat uw vernuft zo hoog kan draaven:
  Gy etst en tekent, naar de kunst,
En Beelt en Muntwerk lang verschoolen,
  Waar door gy wint der kenn'ren gunst.
De Aaloudheid, uit gebergte en holen,
  Die eeuwen lang geen zonlicht zag,
  Zet gy in eene heldren dag.

Dies zal de Faam uw lof trompetten,
  Uw Vaders liefde, uwe eedle geest
Te pronk in deugdens Tempel zetten,
  Daar niemant immer is geweest
Dan die, door wakkerheid getoogen,
  Ten eerslot in treed, daar men ziet,
Met zuivere en vernuftige oogen,
  Wat loon de deugd in 't eind geniet.
't Moet alles op uw geest versling'ren,
Wyl Pallas huisvest in uw vingeren.

J. PLUIMER.

ARTIFICI DEXTERAE

PULCHERRIMAE VIRGINIS

MARIAE WILDIAE.

SACRUM.

DExtera, quae nitido deſcribis marmora caelo,
Et digitis animas aera vetuſta tuis,
Docta rudi tabulae varias inducere formas,
Nec minus in Lyricos ire parata modos,
Dextera, quam Cytheraea ſuae componere vellet,
Judice me, poterat praepoſuiſſe ſuae,
Quid non veſtra domus, quid non Tibi patria debet,
Nobilior meritis utraque facta Tuis?
Dextera, dilectum coelo latura Parentem,
Cujus ab artifici Virgine creſcit honos.
Tu rigido Divûm ſimulacra effingis in aere,
Omnibus ut pateant quae patuere Tibi.
Tu Venerem pingis, qualem ſi cernat Apelles,
Non minor eſt ars haec, diceret, arte mea.
Hac facie mea Diva ſuis emerſit ab undis,
Et ſtrinxit fuſas per ſua colla comas.
Munere virgineo, cyanos, virideſque ſmaragdos,
Adſtrictos digitis, Roma ſuperba, tuis,
Et veſtris olim ſuſpenſa monilia collis,
Gens Aſiae, & rubro proxima turba mari,

In-

Insertumque Diis varium spectamus Abraxam,
Prisca puellari signa renata manu.
Dextera, quae veluti Pelopis manus altera quondam,
In nitidum verti tota mereris ebur.
Hei mihi quid voveo? nec enim formosior esset,
Quae Libycum superat laude nitoris ebur.
Articulis candore Tuis purissima cedunt
Marmora, vel Pariis eruta saxa jugis.
Illa quidem, laeto venas suffusa rubore,
A digitis vinci non doluere Tuis.
Hi digiti (tacita sic marmora voce loquuntur)
Hi facient vita nos meliore frui.
Pondus iners tellure diu latitavimus ima,
Quae nos visceribus condidit ante suis.
Nec poterant prodesse atris demersa tenebris,
Queis nullum licuit, saxa, videre diem.
At nunc artifici formosa resurgere dextrâ
Nos facit, & nostras WILDIA pandit opes.
Virginei flos, illa, chori, quem conspicit Ya,
Conspicit affusis Amstela fessus aquis.
Credibile est, ea dum tangis, Pulcherrima virgo,
Marmora contactu mollia facta Tuo.
Felicem, talis quem dextera complectetur!
Candida, perpetuâ dextra colenda fide.
Evolat, & coelo Tibi fama acclamat aperto:
Marmoribus vitam Tu dabis, illa Tibi.

ADRIANUS RELANDUS.



..............sic Numina Memphis
In vulgus proferre solet..............

Maria de Wilde Æri inscrip. Claudian. de 4. Hon.

Nunciat octavam Phariæ sua turba juvencæ.

Maria de Wilde Æri inscrip. *Martial. L. 10. Epig. 48.*

Sic tua sacra pius semper Osiris amet.

Maria de Wilde Æri inscrip. Ovid. Amor. L. 2. Eleg. 13.

............Jamque expectatur in hortis
Aut apud Isiacæ, potius sacraria lenæ.

Maria de Wilde Æri inscrip. Juven. Sat. 6. v. 488.

Nos in Templa tuam Romana recepimus Isin.

Maria de Wilde Æri inscrip. Lucan. L. 8. v. 831.

Vidi ego linigeræ Numen violasse fatentem
Isidis, Isiacos ante sedere focos.

Maria de Wilde Æri inscrip. *Ovid. Ep. ex Pont. L.1. v. 51.*

.......................Hæc procul Io
Spectat ab arce Phari, jam divis addita jamque.
Aspide cincta comas......................

Maria de Wilde Æri inscrip.

Valer. Flac. L. 4. Argon.
v. 426.

. . . . Inerant lunaria fronti
Cornua; cum spicis nitido flaventibus auro.

Maria de Wilde Æri inscrip.

Ovid. Metam. L. 9. v. 687.

Marmor.

IX.



Evolvam busto jam Numen Gentibus Isin.
Et tectum lino spargam per vulgus Osirim.

Lucan. L. 9. v. 158.

Maria de Wilde Æri inscrip.

Te Serapim Nilus, Memphis veneratur Osirim.

Maria de Wilde Æri inscrip. Martian. Capella.

Neu fuge Niliacæ, Memphitica ſacra juvencæ
Multas illa facit, quod fuit ipſa Iovi.

Maria de Wilde Æri inſcrip. Ovid. de Arte. L. 1. v. 77.



. . . . . Nilotica sistris
Ripa sonat, Phariosque modos Ægyptia ducit
Tibia, submissis admugit cornibus Apis.

Claudian. de 4. Hon.

Maria de Wilde Æri inscrip.

Quisquis ades ſacris, lugubria dicite verba;
Et fletu madidis Ibin adite genis.

Maria de Wilde Æri inſcrip. Ovid. in Ibin : 97.

Terruit Aoniam volucris, leo, virgo, triformis
Sphinx, volucris pennis, pedibus fera, fronte puella.

Maria de Wilde Æri inscrip. Auson. Edyl. 11. v. 40.

Dulcis conscia lectuli lucerna,
Quidquid vis facias, licet, tacebo.

Maria de Wilde Æri inscrip. Martial. L. 14. Epigr. 39.

Hic tibi nocturnos præstabit cereus ignes:
Subducta est puero namque lucerna tuo.

Maria de Wilde Æri inscrip. *Martial. L. 14. Epigr. 42*

Æs. XVII.

Veſper adeſt, juvenes conſurgite. veſper Olympo
Expectata diu vix tandem lumina tollit.

Maria de Wilde Æri inſcrip. Catull. Epigr. 63.

Vesta eadem est, quæ terra: subest vigil ignis utrique.
Significant sedem terra focusque suam.

Maria de Wilde Æri inscrip.

Ovid. Fast. Lib. 6. v. 267.

Nec pietas ulla est velatum sæpe videri
Vertier ad lapidem atque omnes accedere ad aras.

Maria de Wilde Æri inscrip. T. Lucr. L. 5. v. 1197.

Tunc sic orsa loqui: puer ô dignissime credi
Esse Deus; seu tu Deus es, potes esse Cupido.

Maria de Wilde Æri inscrip. Ovid. Metam. L. 4. v. 320.

.........Ille etiam Pœnos domitare leones,
Et validas docuit victas mansuescere tigres.

Maria de Wilde Æri inscrip. Virg. in Cyri. v. 135.

Emersam pelagi nuper genitalibus undis
Cyprin Apellei cerne laboris opus:
Ut complexa manu madidos salis æquore crines
Humidulis spumas stringit utraque comis.

Auson. Epigr. 106.

Maria de Wilde Æri inscrip.

Orta salo, suscepta solo, patre edita Cœlo,
Æneadum genitrix, hic habito alma Venus.

Maria de Wilde Æri inscrip. Auson. Epigr. 33.

Et Venus in sylvis jungebat corpora amantum;
Conciliabat enim vel mutua quamque Cupido.

Maria de Wilde Æri inscrip. Lucr. L. 5. v. 960.

Luce Deas Cœloque Paris ſpectavit aperto;
Cum dixit Veneri, vincis utramque Venus.

Maria. de Wilde Æri inſcrip. Ovid. de Arte. L. 1. v. 247.

Florescens prima lanugine pulcher Adonis.
Qui ter amatus, adhuc et in ipso Acheronte adamatur.

Maria de Wilde Æri inscrip. *Theocrit. Eoban. Hess. Eidyl. 15.*

. . . . *Ipsa soluta capillos*
Et sine sandaliis, incinctaque corpus honestum,
Et luctu confusa Venus. . . . .

Maria de Wilde Æri inscrip. *Theocrit. Eoban. Hess. Eidyl. 23.*

Ipse pater, media nimborum in nocte, corusca
Fulmina molitur dextra. . . . .

Maria de Wilde Æri inscrip.

Virg. Georg. L. 1. v. 328.

Neptunus muros, magnoque emota tridenti
Fundamenta quatit; totamque a ſedibus urbem
Eruit. . . . .

Maria de Wilde Æri inſcrip. *Virg. Æn. 2. v. 610.*

Templa feres, et me victore vocaberis Ultor:
Voverat; et fuso lætus ab hoste redit.

Maria de Wilde Æri inscrip. Ovid. Fast. 5. v. 577.

Bellice, depositis clypeo paulisper et hasta,
Mars, ades; et nitidas casside solve comas.

Maria de Wilde Æri inscrip. Ovid. Fast. 3. v. 1.

Mercurius Maja genitus: nunc magnus habetur
Ille Deus: cujus dedit experientia fures.

Maria de Wilde Æri inscrip. Prud. Symm. L. 1. v. 87.

Candide Liber ades. ſic ſit tibi myſtica vitis.
Sic hedera ſemper tempora vincta feras.

Maria de Wilde Æri inſcrip. Tibul. L. 3. Eleg. 6.



Nunc, o Bacche, tuis humiles advolvimur aris;
Da mihi pacato vela secunda Pater.

Maria de Wilde Æri inscrip. Propert. L. 3 Eleg. 16.

...............Sic regia tecta subibat
Horridus, Herculeoque humeros innexus amictu.

Maria de Wilde Æri inscrip. Virg. Æn. 7. v. 668

Quis facta Herculeæ non audit fortia clavæ?

Maria de Wilde Æri inscrip. Propert. L. 4. Eleg. 9.

Et longum invalidi collum cervicibus æquat
Herculis Antæum procul a tellure tenentis.

Maria de Wilde Æri inscrip. Juven. Sat. 3. v. 88



Acta Deæ refero. pro quo mihi gratia talis
Redditur, ut dicar tutelâ pulsa Minervæ;
Et ponar post noctis avem. . . . .

Maria de Wilde Æri inscrip. *Ovid. Metam. L. 2. v. 562.*

. . . . *Jam bellica virgo*
Ægide depoſita, atque aſſuetum caſſide crinem
Involvit . . . .

Maria de Wilde Æri inſcrip.

Sil. Ital. L. 7.

. . . . . Simul ite, ſequimini
Phrygiam ad domum, Cybelles Phrygia ad nemora deæ
Ubi cymbalum ſonat vox, ubi tympana reboant.

Maria de Wilde. F. ĩ. ſculp. *Catull. L. 1. Epigr. 57*

Hoc et antecedens marmor
explicavit illustrissimus Cuperus

Maria de Wilde Æri inscrip. in Harpocrat.

Convocat et Satyros, et rustica numina Nymphas.

Maria de Wilde Æri inscrip. Ovid. Fast. L. 6. v. 323.

Te senior turpi sequitur Silenus asello,
Turgida pampineis redimitus tempora sertis.

Maria de Wilde Æri inscrip. Senec. Tragic. Oedip. v. 429.

Stat quoque capra simul: Nymphæ pavisse feruntur
Cretides. infanti lac dedit illa Jovi.

Maria de Wilde Æri inscrip. Ovid. Fast. L. 3. v. 443.

Semicaper nimiis lassatus amoribus; acrem
Scando capram retinens cornua; cede nole.

Maria de Wilde Æri inscrip.

J. Gronov.

Provocat et Phœbum, Phœbo ſuperante pependit:
Cæſa receſſerunt a cute membra ſuâ.

Maria de Wilde Æri inſcrip. Ovid. Faſt. L. 6. v. 707.

Concurrunt Satyri turgentiaque ora parentis
Rident, percusso claudicat ille genu
Ridet et ipse Deus. . . . .

Maria de Wilde Æri inscrip.

Ovid. Fast. L. 3. v. 757.

. . . . Quis Mænaliæ Atalantes
Nesciat egregium decus? et vestigia cunctis
Indeprensa procis? . . . .

Maria de Wilde Æri inscrip. Stat. Theb. L. 6. v. 563.

Granatum dextraque manus, ſed in ære, ſolutos
Exhibes digitos, quondam duo pignora noſtri
Roboris. et dubitas fortem ſpectare Milonem?

[illegible] de Wilde Æri insc[illegible]. Jac. Grei.

Quando moræ dulces, longusque a Cæsare pulvis,
Totaque flaminiâ Roma videnda via?
Quando eques, et picti tunica Nilotide Mauri
Ibitis? et populi vox erit una, venit—?

Maria de Wilde Æri inscrip. *Martial. L. 10. Epigr 6.*

Consilia in melius referet mecumque fovebit
Romanos rerum dominos, gentemque togatam.

Maria de Wilde Æri inscrip. Virg. Æn. L. 1. v. 281.

Quæritur huic alius; nec quisquam ex agmine tanto
Audet adire virum, manibusque inducere cæstus.

Maria de Wilde Æri inscrip. *Virg. Æn. L. 5. v. 378.*

Respice terrifici scelerata sacraria ditis:
Cui cadit infausta fusus gladiator arena.

Maria de Wilde Æri inscrip.

Prud. Symm. L. 1. v. 379.

Integer est nitidis melior gladiator in armis,
Quam cui tela suo sanguine tincta rubent.

Maria de Wilde Æri inscrip. *Ovid. Trist. 4. Eleg. 6. v. 33.*

Festinis mens plena quidem procurrit in alis,
Sed testudineo sit manus apta gradu.

Maria de Wilde Æri inscrip. Jac. Gronov.



Libera Fortunæ mors eſt: capit omnia tellus
Quæ genuit: Cœlo tegitur, qui non habet urnam.

Lucan. L. 7. v. 818.

Omnes eodem cogimur, omnium
Verſatur urna: ſerius, ocyus
Sors exitura . . . .

Maria de Wilde Æri inſcrip. *Horat. Carm. L. 2. Od. 3.*

L . AELIVS .
CAESAR .

IVLIA
MAESA
AVG

M. ANT.
GORDIANVS.
CAESAR.

SPECIAL 85-B
1736

THE J. PAUL GETTY CENTER
LIBRARY